Sächsische
3 A
7446
Landesbibl.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/1
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Stadtbibliothek zu Zittau.

Geschenk

des Geschichtsschreibers von Zittau

Dr. th. & ph. Chr. Adolph Peschek.

† den 3. Nov. 1859.

Ungültig

Th. 8° 1067.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/4
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI
CELEBERRIMI QVONDAM
THEOLOGI WITTEBERGENSIS

METHODVS CATECHETICA

OB PRAESTANTIAM
POST OBITVM AVTORIS
IN VVLGVS

EDITA.

CHEMNICII
APVD. IO. CHRISTOPH. STOESSEL
clɔ Iɔ CCLXXVI.

Sächsische
Landes-
24. MAI 1979
Dresden

G

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Non desunt scripta, ad Theologiam, quam dicunt, Catecheticam, et quidem eius Institutionem spectantia, v.c. HAHNII, KOECHERI, RAMBACHII, SEIDELII, aliorumque, ex quibus haud sine vtilitate Methodus Catechetica disci potest; non tamen eam superfluam esse, existimo, quam HOFMANNVS ille, magni nomi-

nominis Theologus, feliciſſimus-
que Catecheta, Auditoribus ſuis
Academicis, cum in viuis eſſet,
magno cum ſtudio propoſuit.
Multa enim illi inſperſa inuenies
monita, quae alibi fruſtra quae-
ras, et quae, mea quidem ſen-
tentia, ſcitu neceſſaria ſunt.
Vtere hac, Beneuole Lector, pro
lubitu, nolique dubitare, fore,
vt haec METHODVS CA-
TECHETICA HOFMAN-
NIANA, Tibi magno fuerit
emolumento. Vale.

Editor.

METHO-

METHODVS CATECHESATIONIS.

PROLEGOMENA.

CAPVT I.

DE NATVRA ET INDOLE INSTITVTI NOSTRI.

§. 1.

Tradere DEI immortalis beneficio, apud animum conſtituimus methodum catecheſationis, *) non ipſam theologiam catecheticam, quam non fert inſtituti noſtri ratio.

*) Catecheſiren heißt einen mündlich unterrichten, und war eigentlich bey den erſten Chriſten eine gemeine Art die Leute in der Religion zu unterweiſen, weil man ſich wegen der Heyden nicht getrauete, ſolche durch Schriften auszubreiten.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/9 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 2.

Theologiam describi in acroamaticam et catecheticam, nescius est nemo. Catechetica vero, qua nostrum institutum apprime nititur, est rudis rerum sacrarum notitia, quae a quouis Christiano ex verbo Dei de praecipuis cognitu que ad salutem necessariis veritatibus coelestibus hauritur. vid. Dreßdner Catechißmus 1. Frage.

§. 3.

Eiusmodi theologiae discrimen dari, comprobamus.

1) Ex Hebr. V. 12. VI. 2. γάλα seu ἀρχὴ τοῦ χρισοῦ λόγου, et στερεὰ τροφὴ seu τελειότης.

2) Ex 1. Cor. III. 2. γάλα καὶ βρῶμα.

3) Ex Act. XVIII. 25. 26. vbi Apollos ἀκριβέστερον τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐκθεμένην accipit. Vocandus vero is est Apollos non Apollo, est vir apostolicus, cui b. Lutherus epistolam ad Hebraeos tribuit, h. l. autoritate inductus, qua tamen in re sua fefellit opinio. vid. LAVR. MVLLERI diss. de Apollonis eloquentia. Fuit hic MVLLERVS, initio Con-Rector Schleusingensis, deinde Diaconus Suhlensis, *homo ad interpretandas sacras literas natus*, qui magnam sibi laudem comparauit in der Erläuterung der schweren Schriftstellen, de quibus ipse 3. Volumina, ascito ALETHAEI nomine edidit.

GREGORIVS NAZIANZENVS oratione XL.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/10 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

XL. elegauter hac de re ita differit: "Ἕως ἂν "κατηχιζόμενος, ἐμπροθύμοις τῆς ἐυσεβείας ἒι, ἕτοιμον γενέσθαι σε δεῖ, διὰ τὴν ἀυλὴν διαρῆναι, τὰ ἅγια κατόπτεσθαι, εἰς τὰ ἅγια ἁγίων παρακύψαι, μετὰ τῆς τριάδος γενέσθαι.

§. 4.

Discrimen, quod intercedit theologiae catechcticae cum acroamatica, deprehenditur

1) In Subiecto, acroamatica tamen theologia pertinet ad Theologum, professione talem, catechetica autem ad quemuis christianum.

2) In Obiecto, catechetica occupatur praecipuis fidei articulis, seu primariis articulis fide fundamentalibus, quae neque negari possunt, neque ignorari, acroamatica autem integrum doctrinae coelestis complexum, notum sibi reddit et familiarem.

3) In fine, catecheticae finis est cognitio salutaris, quae subiecto inhaerenti confert salutem, acroamaticae autem habitualis aliorum informatio.

§. 5.

Conuenit tandem theologia catechetica cum acroamatica

1) In principio, Scriptura Sacra.
2) In vtilitate et necessitate.

§. 6.

Praecipui scriptores, qui theologiam catechcticam nobis dederunt, sunt

I. B. LVTHERVS, cuius catechiſmi, *) maior et minor, cum cantionibus eiusdem, viam ſtrauerunt omni ſacrorum inſtaurationi. Retinuerat autem coetus pontificius catechiſmum aliquem in ſcholis et eccleſiis, qui tribus abſoluebatur locis, decalogo, ſymbolo apoſtolico, et oratione dominica, hunc aliquoties literarum formulis exſcribendum curabat b. LVTHERVS. Nam 1518. edebat interpretationem decalogi. 1520. emittebat eine kurze Form, die Zehengebothe, den Glauben und das Vaterunſer zu beten. 1523. lucubrabat eine Auslegung des Catechismi und engliſchen Gruſſes. Collegit has catechiſmi, quem ſeruarat coetus romanus, explicationes, ſcriptas a b. LVTHERO D. LOESCHERVS in den vollſtändigen Reformationsacten T. I. Quum v. 1526. iuſſu ſeptemuiri, b. LVTHERVS eccleſias agri Saxonici luſtraret, ingentem omnium, in religione, ignorantiam offendebat. vid. grauis et neruoſa praefatio ad catechiſmum minorem. Quare adductus 1527. minorem catechiſmum ſuum publici iuris

*) Huc refer. D. Iſaac Watts, catechetiſche Schriften und Lehrart, wie ein Catechiſmus am beſten einzurichten ſey, aus dem Engliſchen überſetzt. Hannover 1751. 8. à 6 gl.

Gottl. Lindesfelder, wohlunterrichteter Catechet. Breslau, 1752. 8.

Joh. Chr. Köchers, Einleitung in die Catechetiſche Theologie Jena, 1752.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

iuris faciebat in quo quidem tres, catechismi romani, loco retinebat, explicationem tamen suam adiiciebat, imo nouos locos, de baptismo et s. coena, vna cum interpretatione, addebat. Libellus ille tam breui temporis spatio, orbem peruolabat vniuersum, vt b. MATTHESIVS in den Predigten von D. Luthers Leben p. 61. *) sua, fateatur, aetate, centies, amplius, mille exemplaria fuisse typis exscripta, (1567.) omnesque in linguas translata p. 63. idem testatur, D. POMERANVM *illum semper gestasse secum, ex eoque sacerdotii candidatos explorasse p.* 64. *ait.* Wenn D. Luther in seinem Lauf sonst nichts gutes gestift, als daß er den Catechismum in die Schulhäuser und Predigtstuhl, das Gebeth für und nach dem Essen, für und nach dem Schlafengehen, wieder in die Häußer gebracht, so könnte es ihm die ganze Welt nimmer. mehr genugsam bezahlen, oder vergelten. 1528. edebat catechismum maiorem. conf. de historia vtriusque catechismi SECKENDORFII historia Lutheranismi L. II. §. 36. FIEDLER in dem erleuchteten Catechißmußprediger p. 33. Pippingii Einleitung zu den symbolischen Büchern c. 7. p. 101. Langemack in den gesammleten

*) Siehe eine kurze Historie von des seel. Herrn D. Luthers, kleinen Catechißmo am Ende dieses Method. Catechet.

Nachrichten zu einer catechetischen Historie. D. Zeibich in der Vorrede zum Weymarischen Catechismo 1729.

D. IODOCVS (IVSTVS) IONAS dicere consueuerat: *Non Lutherum, Sed Sp. S. fuisse Autorem catechismi saltem eius dictatorem.* Ex allatis MATTHESII, conuiuae et discipuli Lutheri, testimoniis perspicuum insimul est, KRAFTIVM errore mentis finxisse, maiorem LVTHERI catechismum prius editum esse, quam minorem. Posteaquam in orbem prodierant illi duo catechismi LVTHERI, excitati sunt multi, qui eidem rei operam consecrarunt suam, inter quos praecipuus est,

II. IO. BRENTIVS, eximius Theologus, cui quem, potissimum in exegesi, anteferam, non habeo. Insigni maxime pietatis laude floret, et abstinentiae suae illustre documentum dedit, cum, acceptis centum aureis nummis, pro dedicatione aurei, in epistolam ad Romanos, commentarii, facta ad Ducem Virtebergensem, eosdem remitteret integros, se, testatus, euangelii concionem non propter numos praedicare

III. IO. CONRAD DANHAVERVS in lacte catechetico.

IV. IO. CONRAD DIETERCIVS in institutionibus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tutionibus catecheticis, in vulgus notis, quae omnem, qnam late patet, theologiam, complectuntur. Eam in primis commendamus editionem, quae prodiit cum annotationibus BECHMANNI, et praef. BVDDEI, quae origionem et autoritatem catechiſmi exponit. Erat autem FRIEDEMANN BECHMANNVS Theologus ita perſpicuus, vt ei in omni Saxonia par iudicaretur nemo. Ea de re MVSAEVS omnes nouitios Academiae ciues, ſtudiorum ſuorum rationem rogantes, ad BECHMANNI ſcholas mittebat, ſuam, monens, ſanctioris doctrinae inſtitutionem capi penitus vix poſſe, niſi BECHMANNVS elementa huius diſciplinae ipſos docuiſſet.

V. NICOLAVS HVNNIVS, AEGIDII filius, ipſo patre doctior, *in epitome credendorum, quae palmam huius generis libris praeripit omnibus.* Reliqua eius ſcripta eriſtica ſpiritum ſpirant polemicum, in primis apoſtaſia eius eccleſiae romanae. Ea de re iudicat REIMANNVS, in bibliotheca, quod ſit vir grauis, ſeuerus et tragicus diſputator,

VI. HAFENREFFERVS in locis theologicis, quorum tamen Auctor ingenuus ſed IO. FRIDERICVS, dux Wurtebergenſis, ſaltem primas illorum lineas duxiſſe creditur.

Omnia

Omnia tradit ratione perſpicua, et teſtimoniis patrum, aliorumque Theologorum confirmat, Theſes, quas attingit, non omnes perſequitur, acuratiſſime proponit, locuſque de coniugio tam clare ab eodem expoſitus eſt, vt in alio quopiam ſyſtemate, nedum compendio Theologiae, idem factum eſſe, non commemi-nerim.

VII. IO. ANASTASIVS FREVLINGHAVSEN in der Grundlegung der Theologie, qui peculiares Halenſium opiniones manibus pedibusque propugnat, in primis vero irregenitorum Theologiam carpit. His igitur praetermiſſis omni laude fraudandus non eſt, quam ob rem hodieque omnes Theologi ſuis hunc librum auditoribus Halae praelegunt.

VIII. ZINZENDORF, qui tres catechiſmos orbi obtruſit, primus extat in des Grafen von Zinzendorf und Pottendorf, der Böhmiſchen und Mähriſchen Brüder Hochwürdigen Biſchofs kleinen geſammleten Schriften P. 10. p. 1173. alterum edidit ſub titulo: Grund der chriſtlichen Lehre 1725. cum praefatione SCHAEFERI, qui, licet multis erroribus refertus, tamen priore paulo melior videtur. tertium edidit 1740. ſub rubro: Probe eines chriſtlichen Lehrbüchleins für die ſo genannte Mähriſche Brüdergeſellſchaft, qui

qui innumera absurda, insipida et falsa continet.

§. 7.

Huc etiam pertinent, qui catechismum exposuerunt

I. partim orationibus sacris, vt DANHAVERVS in der Catechismus-Milch, *opere profunde docto.* 10. Vol. 4to. reliquos vide in der compendiösen Priester-Bibliotheck, p. 258. edit. 1735.

II. partim methodo catechetica, nimirum

1.) CATECHISMVS DRESDENSIS. *) Huic conscribendo praebuit occasionem SPENERI aduentus Dresdae 1683. qui singulis diebus dominicis conuentus hominum, in aedes suas coactorum, ex catechismo explorabat, cui instituto catechismus, a se editus, inseruiebat. Excitatis vero turbis ea de re, in comitiis rogatur lex de instituendis per omnem Saxoniam, quouis die solis, catecheticis exercitiis, eaque prolata, qualis adhiberi debeat catechismus, quaestio est. SPENERI minus arridet, etsi elegans scienterque conscriptus, ad nouum igitur conscribendum adiicitur animus. Defertur hoc munus sacerdotibus in aede crucis, qui SAMVELE BFNED. CARPZOVIO huius instituti curam gerente, singuli partem illius absol-

*) De historia Catechismi Dresdensis conf. M. Christian Gerbers Historie der Kirchen-Ceremonien in Sachsen Cap. 34. §. 5. p. 647.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/17 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

absoluunt. Iam vero graui poena sanci-
tum est, si quis alium velit in ecclesias
Saxonicas recipere.

2) SPENERI catcchisimus omnino laudandus, quem ante motas lites b. IO. FR. MAY-ERVS in musaeo ministri eccl. T. I. p. 335. *opus incomparabile* vocat.

3) AMBROS. **Wirths**, Pastoris Norimbergensis, *viri ad* κατήχησιν *nati*, varia opera catechetica.

4) LESSINGII, sacerdotis Silesi, rechte Gestalt von dem Anfange des christlichen Glaubens, facili methodo res difficiles tradens.

5) PFAFFII Herzens Catechismus, quia nimirum doctrinae iungit usum in vita, qua tamen in re Dresdensis palmam ei facit dubiam.

6) GOTHANVS, auctore SAL. GLASSIO.

7) ALTEBVRGENSIS, auctore MARTINO CASSELIO.

8) ARGORATENSIS, auctore MARTINO CRVSIO.

9) GEDANENSIS, quo auctore latet, eum tamen CALOVIVS in paedia studii theologici iam laudat.

10) D. Heinr. Andr. Walthers, erläuterter Catechismus Lutheri, darinnen alle Worte desselben deutlich erklärt, und die Wahrheiten selbst sorgfältig auseinander gesetzt, gründlich bewiesen, auch zu Pflichten und Trost angewendet worden ꝛc. Frankfurt am

am Mayn 1746. 12. pl. 20. Es soll darinnen den Lehrend- und Lernenden zum besten aus der vieljährigen Catechetischen Erfahrung, die dem Herrn Autor zugeschrieben wird, was besonders und ungemeines geliefert worden seyn. vid. der jährl. Nachricht aus dem Reiche der Wissenschaften auf das 1746ste Jahr 1stes Stück p. 28.

REFORMATI vtuntur catechismo 1) HEIDELBERGENSI, instar libri symbolici, auctor est ZACHARIAS VRSINVS, et rarior est editio 1684. cum expositione. 2) TVGVRENSI. 3) OSTERWALDI et 4) SAVRINI, gallice scripsit *vterque, vtrumque methodi facilitas et perspicuitas commendat.*

PONTIFICII habent catechismum 1) Romanum, ex decreto concilii Tridentini compositum, non tamen methodo catecherica, quare magis laudant 2) CANISII, 3) BELLARMINI. 4) ERASMVS quoque aliqua catechismi loca latinitate eleganti complexus est. 5) FLEVRY catechisme.

SOCINIANI habent catechismum RACOVIENSEM, alias rarissimum, nunc a GEORG. LVD. OEDERO, adiecta confutatione, denuo editum. QVACKERI et MENONITAE adhibent IO. BARCLAII catechismum.

CA-

CAPVT II.

DE VTILITATE INSTITVTI.

Etsi vix opus esse iudicamus, vt vtilitatem instituti nostri copiose commonstremus, vtpote per se satis manifestam, ex abundanti tamen et hanc, breui tandem, hic probabimus

I. Ex damno, quod ex neglectu κατηχήσεως in christianos coetus semper redundauit, cuius rei exemplum habemus satis certum, in aetate, quae sacra, per Lutherum instaurata antecessit, adec, vt episcopus quidam Misnensis, sacerdotes tandem persuasuros fuisse hominibus, testarentur, vt foenum commedissent, nisi Lutherus adueniisset. Nemo enim erat, qui rudiorum et puerorum, ad religionem instituendorum, curam ingenue suscepisset. Hinc MATTHESIVS l. l. p. 63. b. Auf der Canzel, ait, kann ich mich nicht erinnern, daß ich, der ich doch leyder biß ins 25. Jahr im Pabstthum gefangen gelegen, die Zehen Gebothe, Symbolum oder Tauffe gehöret, bis ich nach Wirtenberg kommen. In der Schule lase man von Fasten, Beicht und Abendmahl unter einerley Gestalt, aber von der tröstlichen Absolution und Vergebung der Sünden durch das Blut Christi habe

be ich nichts gehöret; wie ich mich denn auch keiner gedruckten oder geschriebenen Auslegung des Catechismi oder Kinderlehre erinnere. E. F. ignorantiam plurimorum, qui in pagis viuunt, hodieque adscribendam esse huius instituti neglectui, quis non intelligit.

II. Ex salutari cognitione, ad quam liberi et infantes, adultique rudiores, perducuntur huius methodi beneficio. Iam vel pueros ad Christum adducere, hominumque salutem augere, quid dignius esse potest, quid vtilius? Ea de re LVTHERVS T. IV. Ien. fol. 233. grauiter pronuntiat: Die besten und nützlichsten Prediger, und der Ausbund davon, halte man die, so den Catechismum, das ist, die zehen Geboth, Glauben und Vater Unser recht lehren. Das sind seltsame Vögel, denn es ist nicht groß Ruhm und Schein bey solchen, aber doch großer Nutz, und sind auch die nöthigsten Predigten, weil darinnen die ganze Schrift begriffen, und kein Evangelium ist, da man den Catechismum nicht treiben könnte, wenn nur jemand wäre, der sich des gemeinen Mannes annähme. Joseph von Hall in dem Irenico Sect. 26. ait: In der ganzen Welt ist keine Sache,

damit ein Diener Gottes mehr Frucht schaffen kan, als mit den einfältigsten und gemeinesten Catechisiren. Per hanc vero rationem citius ad Christum adduci pueros apparet

1) Quia quaelibet doctrina verbis simplicibus profertur, cum est contrario pro rostris sacris, docte, eleganter et sublimiter tradantur omnia.

2) Quia quaelibet res bisque terque repetitur et inculcatur.

3) Quia respondentes rem melius considerant, quam auditores. *Hinc b. Rhenanus ad Tertulliani librum de poenitentia, recte iudicat de κατηχήσει; ibi horulae spatio plus proficit laicus, quam triduana concione.*

III. Ex confessione ipsorum aduersariorum, qui post Lutheri memoriam catechismum in suos coetus receperunt, quoniam, nostram etiam plebem, animaduertebant, doctrinae firmiter inhaerere, vtpote a pueris institutam. Hoc ipse BELLARMINVS testatur, *videres*, inquiens, *puerulos Lutheranos disputare inter se religione.* vid. CYPRIANI Belehrung vom Pabstthum p. 996. Et hodie hanc operam Iesuitae in primis susceperunt, de quibus b. MICHAEL WALTHERVS F. in diss. de catechesatione veterum §. 7. ex Horatio ita ludit:

Im-

Impiger extremos Iesuita excurrit ad Indos,
Per mare, discipulum quaerens, per saxa, per ignem,
Inuentumque facit decuplo se deteriorem.

CAPVT III.

DE NECESSITATE HVIVS INSTITVTI.

Necessitatem huius nostri instituti docemus

I. Experientia, qua intelligimus, paucos admodum esse, qui hanc methodum suopte discant ingenio, cum tamen annus vnus, quem sacerdotes, illius ignari, viuunt, periisse censendus sit.

II. Ex eius difficultate, de qua etiam doctissimi quique conquesti sunt.

III. Ex mandatis tam diuinis, Ioh. XXI, 15. Matth. XXVIII, 19. Marc. X, 14. quam humanis, in Saxonia enim editum est 1730. edictum regium, quo omnes sacerdotis munere arcentur, qui, finito tentamine, κατηχεῖσθαι nesciunt.

IV. Ex eo, quod κατήχησις quotidiana fere et maxima pars ministerii ecclesiastici sit, siquidem nemo aegrotos visitare potest, et afflictos consolari, nisi sit egregius catecheta, quod ipsa comprobat experientia, vt taceamus, eandem esse in audiendis peccatorum confessionibus perquam necessariam.

V. Ex damno oppoſito, quod inſtituti noſtri neglectus parit

1) tum reſpectu ſacerdotis, qui difficillimum habet laborem.

2) tum reſpectu auditorum, qui deſpicatui habent κατήχησιν, in extremis mentis tenebris, perinde vt in impietate, perſeuerantes.

CAPVT IV.

DE HISTORIA ET FATIS STVDII CATECHETICI.

§. 1.

Simpliciores, per quaeſtiones et reſponſiones inſtituendi ratio nunquam non fuit vſu recepta, et cum naturalis haec methodus ſit, eam, facile credas, apud gentes, profano deorum cultui deditas, in vſu fuiſſe.

Confundenda tamen cum noſtra methodo non eſt illa SOCRATICA, quae rebus occupatur ſublimioribus, vt veritas vel inueniatur, vel corroboretur: catechetica autem prima tradit religionis chriſtianae elementa.

§. 2.

Nullo quoque tempore non, in vero piorum coetu, catechizandi methodum vſitatam fuiſſe, faci-

facile comprobari potest. Nam de Patriarcharum aetate testimonium relatum legitur Gen. XVIII, 19. Et de coetu Israelitarum idem illud memoriae traditur Exod. XII, 26. Deut. VI, 7. Rom. II, 18. et hodie Iudaeos hac vti docendi ratione, testis est CASPAR CALVOER in dem Jüden-Catechismo, et LEONARD BOHNER in institutionibus theologiae catecheticae, p. 12. seqq.

§. 3.

Apostolorum aetatem in instituendis, ad religionem christianam pueris, hanc docendi rationem tenuisse perspicuum est ex 1 Cor. XIV, 19. Ebr. V, 12. VI, 11. vbi Paulus adeo formam κατηχήσεως, ad quam refert doctrinam de poenitentia, fide, baptismo, nam Apostolorum aetate vno plures erant baptismi, nimirum 1) baptismus fluminis, et quidem α) vel Ioannis, β) vel Christi, qui duo baptismi in forma quidem conueniebant, in accidentibus autem maxime discrepabant. Ioannes nam homines in nomine Christi venientis sacro tingebat flumine; Apostoli autem in nomine Christi, qui iam veniisset, et mortuus esset pro nobis, atque immolatus. 2) baptismus flaminis s. collatio donorum miraculosorum. Refert porro ad κατηχήσιν doctrinam de iudicio extremo, quod aeternum dicit, quia aeternitas cum hoc iudicio proxime est coniuncta, seu, vt alii volunt, quoniam sententia lata aeternum sit duratura, prior tamen sententia probabilior nobis videtur, conf.

ad h. l. D. IO. GEORG. WALCHII diss. de Apostolorum institutione catechetica. Apollonis exemplum quoque nobis potest esse documento, viguisse μέθοδον κατηχητικὴν Apostolorum memoria, Act. XVIII, 15. conf. Galat. VI, 6.

§. 4.

In vltima christiani coetus memoria, a saeculo nimirum post natum humanae salutis asserorem, primo, vsque ad dimidiam quinti partem, eidem instituto tributum esse quam plurimum, peculiaris κατηχουμένων disciplina docere nos facile potest.

Sententiae quod nostrae facillimo negotio possemus fidem facere, si indubitata esset fides *Constitutionibus apostolicis* habenda, vbi L. IV. c. 40. modus methodusque catechumenos catechisandi traditur. Iunctim, cum patribus apostolicis, duobus voluminibus comprehensis, edidit eas COTELERIVS, curam in se suscipiente CLERICO. Sed quoniam hae natalium macula laborant, referendae non ad primum saeculum, sed, si quid iudicamus, ad quintum, alia ratione sententiae nostrae verum comprobare debemus. Interim constitutiones apostolicae cum canonibus confundendae non sunt. Antiquiorem Christianorum coetum institutum catecheticum probasse com-

comprobamus ex *catechumenorum* *) disciplina, qui vulgo distribuuntur.

I. In *audientes*, qui in primis christianae religionis elementis instituebantur, nec dum spem baptismi habebant. Audiebant hi orationem, sed cum fierent preces, praeconis, s. Diaconi, voce, clamantis ΕΚΑΣ, exire iubebantur.

II. In *competentes*, qui spem baptismi acceperant: Sed, secuti b. WALTHERVM, in tres potius classes describere *catechumenos* cupimus, nimirum:

1) In *incipientes*, qui ad auditionem verbi diuini admittebantur quidem, sed baptismum nondum petebant.

2) In *proficientes*, qui, praecipua doctrinae christianae capita edocti, spem habebant, fore, vt propediem sacro tingerentur flumine.

3) In *consummatos*, qui, segregati de re-

*) Catechumeni, waren in der ersten Kirche die im Christenthum unterrichteten Heyden oder Juden welche die Taufte empfangen sollten. Sie hatten in der Kirche ihren besondern Ort und durften Anfangs der Austheilung des heiligen Abendmahls und dem Gebete der andern Christen nicht beywohnen. Sie wurden aber in unterschiedene Gradus eingetheilet; denn welche die Predigten anhören durften hießen Audientes; die bey dem heiligen Abendmahl zugegen waren, hießen Orantes oder Genuflectentes, und die Competentes waren endlich, welche verlangten getauft zu werden.

liquorum numero, digni facro baptiſmo iudicabantur.

conf. WALTHERI. diſſ. de catechiſatione veterum, §. 17. CAVVII erſtes Chriſtenthum P. I. c. 8. TOB. PFANNERVS de catechumenis antiquae eccleſiae, *in quo tamen libro ordinem et ſelectum deſideramus.* IOSEPHI BINGHAMI origines eccleſiaſticae, *qui liber in antiqua reipubl. Chriſtianae memoria et diſciplina replicanda praecipuus habetur.* Conſtat X. Vol. in 4to et latinitate donatus eſt a GROSCHVFIO (conſt. 6. thlr.) vid. Vol. IV. L. X. c. 1. 2. BEBELIVS in antiquitatibus eccleſiaſticis Sec. II. p. 210. Sec. III. p. 520. Euocabatur hic Argentorato Vitebergam, vt ſacrorum eſſet antiſtes, cuius aduentum, academiae nomine, gratulabatur IO. FR. MAYERVS, quoniam vero BEBELIVS, breui corporis ſtatura praeditus, naturam in formando corpore nouercam expectus erat, ille ad comites vertit, dicens: **Fürwahr ſie haben uns den Mann unter Weges ausgetauſchet.** Repentina tandem morte opreſſus, in ipſis roſtris ſacris moritur. Reliquos autores omnes, qui de hoc argumento expoſuerunt, laudat b. IO. ALB. FABRICIVS in luce euangelii ſalutari p. 186- et bibliographia antiquaria cap. II. §. 25.

§. 5.

Plerique fere omnes arbitrantur, in priſca Chriſtianorum republica peculiarem extitiſſe catechetarum ordinem. Sed falſo, nam catechetae

ictae non peculiarem ecclesiae ordinem constituerunt, sed viri, in methodo catechetica excellentes fuerunt, fungentes caeteroquin munere Diaconorum, Presbyterorum, Episcoporum.

Saeculo P. C. N. I. inter catechetas clarus extitisse dicitur

I. S. MARCVS, euangelista, quem, cum vulgo, ad catechetas refert **Hallbauer in der Klugheit zu predigen** p. 568. innixus testimonio EVSEBII hist. eccl. V. 22. sed agitur h. l. ὅσα τῶν Ιππολύτου εἰς ὑμᾶς, ἦλθον, et ne vmbra quidem et vestigium de MARCO apparet. Hieronymum tamen eos voluisse laudare, crediderim, qui c. 18. de scriptoribus ecclesiasticis, testatur de Marco: Παραλαβων τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον, ὅπερ ἀυτὸς συνέταξε, κατελαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰησοῦν χριστὸν κηρύττων, κατεστήσατο, ἐκκλησίαν, τοσαύτῃ παιδεύσει, καὶ βίου καρτερίᾳ, διέτρεψεν, ὥστε πάντας τοὺς ἀκολουθοῦντας τῷ χριστῷ, ἕπεσθαι τῇ τούτου διαγωγῇ. vid. c. 36. vbi Pantenus in ea ecclesia docuisse de, in qua inde ab aetate S. Marci fuerint catechetae.

II. S. HERMAS, trium librorum auctor, quorum primus, quatuor visiones complexus, ecclesia dicitur, alter duodecim mandata comprehendens, pastor inscribitur, tertius a decem similitudinibus, quas exponit, similitudinum nomine insignitur. Extat hodie tantummodo latina eius versio.

sio. Magni aestimabatur a primis Christianis ille Hermae liber, qui pastor largius vocatur, nam Irenaeus adu. haer. IV. 37. sub scripturae nomine laudat illum, CLEMENS ALEX. L. I. Strom. virtutem HERMAE in reuelatione θεῖως locutam esse, ait, ORIGENES L. I. in ep. Rom. diuinitus inspiratum censet. Codici sacro eum aliquando adiectum fuisse, codd. MSCti, qui supersunt, testantur. Sed habitus est tibi pro apocrypho et ecclesiastico, EVSEB. III. hist. eccl. c. 25. ΑΤΗΑΝΑSIVS ep. heort. T. II. p. 39. TERTVLLIANVS de pudic. c. 10. Scripturam pastoris, Moechos amantem, diuino instrumento non meruisse incidi, scribit, sed ab omni concilio ecclesiarum apocrypham et falsam indictum fuisse, adulteram, et patronam sociorum c. 20. HERMAN apocryphum moechorum pastorem apellat. Auctor quis fuerit latet. EVSEBIVS hist. eccl. III. c. 3. ita de eo scribit: Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπι τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ρωμαίους μνήμην πεποίηται, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον ἰςέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μέν τινων ἀντιλέλεκται, δὲ οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τιθείη· ὑφ ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, ὅις μάλιςα δεῖ στειχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται. Ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατήλειφα. Cum igitur prima doctrinae christianae capita exponat, inducimur fere, vt pro primo

mo catechiſmo', aliena tamen methodo ſcripto habeamus. vid. ITTIGII. diſſ. de patribus apoſtol. §. 55. ſeqq.

Saeculo II. R. S. floruit ALEXANDRIANA inprimis ſchola; de qua conf. GOAR in euchologio p. 721. BINGHAM l. c. L. III. 10. §. 5. FABRICIVS in luce ſalutari p. 187. Erat autem ſchola, in qua gentes, coetui chriſtiano aggregandae, ad doctrinam chriſtianam inſtituebantur. Doctores eius ſunt:

I. S. PONTAENVS, teſte Clemente Alex. diſcipulus Apoſtolorum, qui hanc ſcholam aperuiſſe dicitur EVSEBIVS L. VI. hiſt. eccl. c. 6. ait: Παντaῖνον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν κατηχήσεως ἐις ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθηγεῖτο. Καὶ Ὠριγένην τῶν φοιτητῶν ἀυτοῦ, παῖδα ὄντα, γενέσθαι. Τὴν γε τοιτῶν σρωματέων πραγματείαν ὁ Κλήμης ὑπομνηματιζόμενος, κατὰ τὸ πρῶτον σύγγραμμα χρονικὸν, ἐκθέμενος γραφὴν ἐις τὴν Κομόδου τελεύτὴν περιγράφει χρόνους, ὡς εἶναι σαφὲς, ὅτη κατὰ Σεβῆρον αὐτῷ πεπόνητο τὰ σπουδάσματα, οὗ τοὺς χρόνους ὁ παρὼν ἱσορεῖ λόγος. et L. V. 10. Ηγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιςῶν ἀυτόθι διατριβῆς, τῶν ἀπὸ παιδείας ἀνὴρ, ἐπιδοξότατος, ὄνομα ἀυτῷ παντaῖνος. Ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς σονεςῶτος, ὅ καὶ ἐις ἡμᾶς παρατίνεται. Παντaῖνος καὶ εἰς Ἰνδους ἐλθεῖν λέγεται, ἔνθα λόγος ἔυρεῖν ἀυτὸν προφθάσαν τὴν ἀυτοῦ παρουσίαν τὸ κατὰ Ματθαῖον ἐυαγγέλιον, παράτισιν αὐτόθε τὸν Χριςὸν ἐπιγνωκόσιν. . . Ὀγεμῆν Παντaῖνος ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι τοῦ κατ' Ἀλεξανδρείαν τελευτῶν ἡγεῖται διδασκαλείου, Ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ γραμματέων

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/31 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

τέων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπνηματιζόμενος.

II. CLEMENS ALEXANDRINVS, cuius ſcripta ſummam doctrinam ſpirant. Saeculo III. in eadem floruit

III. ORIGENES, de quo EVSEBIVS hiſt. eccl. V. 3. ἔτος δὲ ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὅτου τῆς κατηχήσεως προέξη διδασκαλεῖου. Tantus erat hominum, ad audiendum eum confluxus, vt a mane, vſque ſub multam veſperam, docendo defatigatus, in ſocietatem laboris aliquem cooptare, tandem cogeretur, qui erat

IV. HERACLES.

V. DIONYSIVS ALEXANDRINVS, Origenis diſcipulus.

VI. OPTATVS MILEVITANVS, Carthaginenſis catechumenus.

VII. BABYLAS, de quo vid. BARONIVS ad annal. 241. n. 16. HENR. DODWELLVS, poſt diſſertationes ad IRENAEVM, profert notiſque illuſtrat PHIL. SIDETAE fragmentum, in quo haec exhibetur Catecheſarum Alexandrinorum ſeries: ATHENAGORAS, CLEMENS ALEX. PANTAENVS, ORIGENES, HERACLAS, DIONYSIVS, PIERIVS, THEOGNOSTVS, SERAPION, PETRVS, MACARIVS, DIDYMVS et RHODON, quorum poſtremus THEODOSII aetate, hanc ſcholam in ciuitatem Sidam tranſtulit.

Fidem

Fidem huius catalogi permittit aliis diiudicandum ITTIGIVS diff. de patribus apoſtolicis. §. 53.

Saeculo IV. S. R. ſtudii catechetici laude floruerunt

I. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS, diſtinguendus ab ALEXANDRINO CYRILLO, qui Sec. V. aduerſus Neſtorianos in primis decertauit. At CYRILLVS, quem hic laudamus, erat epiſcopus Hieroſolymitanus, de praelatione cum ACACIO, epiſcopo Caeſareenſi, contendens, cuius minime fraude ille ſede ſua pellitur. Edidit ille XVIII. catecheſes, quas habuit competentibus, per tempus quadrageſimale, cum in eo eſſet, vt feſto paſchatis tempore ſacro tingerentur flumine, et XV. μυσταγωγικὰς, quas habuit poſt feſtum paſchatis tempus ad eos, qui, facta vnda iam abluti, ad ſublimiora doctrinae chriſtianae capita informabantur. Sincere et diſtincte tradit, ſi quiſquam alius, omnia, et eius opera prodierunt 1) cura MILLESII, e theatro Scheldoniano, 1703. Oxonii, hanc vero editionem cum aliis codicibus diligenter comparauit, et 2) perfectiorem edidit CYRILLI ſcripturam DOVTEVS, Gallus, Benedictinus e congregatione S. MAVRI, Paris 1720 1. Vol. fol.

II. AVGVSTINVS de catechizandis rudibus,

quo

quo in libro consilia generalia Diacono cuidam, rogatus, suppeditat. Seorsim prodiit in diss. IO. BENED. CARPZOVII, annotationes ad AVGVSTINI librum de catechizandis rudibus, quam BVDDEVS in Isagoge p. 351. mirifice laudat.

III. GREGORIVS NYSENVS in catechetico maiore, qui operibus eius iunctus non habetur, sed seorsim editus est cum versione latina PETRI MORELLI.

IV. AMBROSIVS, qui epist. XX. §. 20. se cum baptismi candidatis, ait, post orationem habere catechismum Maior tamen huius magni viri fama fuit, quam habuit viuus, quam ea, quam scriptis suis consequitur.

V. CHRYSOSTOMVS in homil. XXI. ad populum Antiochenum, quae inscribitur: κατήχησις πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι. Hae potissimum orationes ad populum, Antiochenum praestantissimi omnes sunt argumenti.

SAECVLO V. Q, P. E. S. Sensim desita esse coepit catechisatio, donec, irruente pontificum barbarie, aeterno silentio opprimi videbatur. Saeculo autem V. duae potissimum causae erant, quae huic studio oberant, nimirum 1) vehementiores cum *Nestorianis* et *Eutychianis* controuersiae; 2) defectus κατηχουμένων, qui, superstitiosam falsorum deorum venerationem deferentes, ad verum Dei cultum instituti poterant.

rant. Introducta nam per Constantinum libertate, sacra christiana exercendi, iam non amplius Christiani fiebant, sed nascebantur. Subinde tamen, in mediis pontificiis tenebris, excitabantur, qui huius instituti necessitatem demonstrabant, quamuis, tyrannide pontificum oppressi, non altius emergerent.

In hac classe censentur:

I. IO. GERSON, cancellarius academiae Parisiensis Sec. XIV. in libro, non in elegante, de pueris ad Christum trahendis.

II. WICLEFVS, Anglus, qui in libro, quem vocat pauperem rusticum, monita catechetica suppeditat.

III. IO. HVSS, in explicatione symboli apostolici, decalogi et orationis dominicae.

IV. INCERTI MONACHI WEISENBVRGENSIS catechismus Teotiscus, quem edidit IO. GEORG. ECKHARDVS Hanou. 1713. qui ad Gothicam Danicamque linguam, quam Germanicam, eum potius pertinere suspicatur. Eiusd. OTHFRIEDVM, qui alias nomine MONACHI WEISENBVRGENSIS censetur, multique salis vir est, autorem crediderim. EKHARDVS autem ille, in Leibnitii locum surrogatus, ipseque, cum coniuge, in omnia libidinis genera effusus, tandem ad Pontificios se conuertit, cum, aere alieno obrutus, rebus suis super esse amplius non posset, sed misere tandem periit.

V.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/35 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

V. BONAVENTVRA in ſpeculo diſciplinae propter nouitios, et

VI. HVGO de S. VICTORE in inſtitutionibus nouitiorum, ſunt in his bona malis mixta.

Sed purgatis, LVTHERI opera, ſacris inſtauratum quoque eſt ſtudium catecheticum.

CAPVT V.

DE IIS, QVI METHODVM CATECHISANDI TRADIDERVNT.

§. 1.

Qui noſtra memoria catechiſandi methodum tradiderunt, hi fere habentur praecipui

I. AVGVSTINVS de catechiſandis rudibus.

II. B. LVTHERVS in praefat. ad catechiſmum minorem multa haber praeclare dicta.

III. PRAEF. ad CATECHISMVM DRESDENSEM, qua multa vtilia praecipuuntur.

IV. Seidels Anweiſung zum catechiſiren, iuncta eius catechiſmo, huic libro primas in hoc inſtituto tribuimus lineas.

V. Rambachs wohlunterrichteter Catechete, in quo plura omnino quaeſiiſſem.

VI. IVST IESSENII Unterricht, wie man die Catechismuslehre bey der Jugend und Einfältigen zu treiben.

VII.

VII. Joh. Jac. Donats erbaulicher Catechete. 1713.

VIII. LEONH. BOHNER. institutiones theologiae catecheticae, Altdorf. 1727.

IX. BVDDEI institutiones theologiae moralis, P. III. c. 3. §. 10.

X. IO. LVD. HARTMANNI pastor euangelicus, L. III. c. 4.

XI. SPENERI praef. ad tabulas catecheticas, plura prudenter et vtiliter monuit.

XII. IO. WILLH. BAYERI aphorismi de institutione catechetica ad praefationes catechismorum Lutheri 1695.

XIII. ANDR. HYPERIVS de catechismo, qui liber, quem tanti non aestimo, recusus est Helmstadii 1704.

XIV. Kortholds Aufmunterung zur Catechismus-Uebung, Kiel 1689. cuius theologia moralis multam quoque laudem meretur.

XV. M. Hahns gründlich unterrichteter Catechete, non contemnendus liber.

XVI. FECHTII instructio pastoralis p. 104. pauca quidem habet sed, eximia, est caeteroquin, opus posthumum.

XVII. IO. IOACH. ZENTGRAVII tractatus historico- theol. de catechisatione, et MAYERI Musaeum ecclesiasticum.

§. 2.

In ipsa huius instituti tractatione exponemus

Cap. 1. Ὀνοματολογίαν.

Cap. 2. naturam eius et indolem in genere.

Cap. 3. regulas catecheticas.

CAPVT I.

DE ὀνοματολογία METHODI CATECHETICAE.

§. 1.

Κατηχέω descendit a κατὰ et ἠχώ, significatque vi notionis suae *Etymologia. resonare.* Nam 1) quemadmodum echo reddit vocem acceptam, sic pueruli quaestionem a magistro propositam, ex legibus methodi nostrae repetit, quare quaestionum informandarum ratio debet inprimis haberi. 2) quemadmodum echo vocem vel bis, vel ter, vel saepius repetit, ita in methodo catechetica vna res saepius repetitur, tum voce quaerentis, tum voce respondentis.

§. 2.

Vox κατηχεῖν, κατηχεῖσθαι, sumitur sensu 1) vel *etymologico*, apud auctores profanos, non tamen exclu- *mia.*
so vno alteroue loco biblico, hoc significatu designat ore voceque aliquem instruere. Hanc docendi rationem veteres philosophi passim adamarunt. De Pythagora enim relatum accepimus, eum in docendo nulla esse scriptura vsum, pariter vt de sacerdotibus Aegyptiis memoriae proditum est, eos ore tantum aliis mysteria sua tradidisse, quanquam ille, successu tem-

poris, *numeros*, hi autem *scripturam hieroglyphicam*, adhibuisse dicantur. Alio vocabulo Graeci κατήχησιν vocant ἀπήχημα, hinc *Claud. Salmasius* in hellenistica p. 103. ap. prafanos autores graecos negat, illam vocem ea mente adhiberi, qua solet a nobis, et in noui foederis codicillis usurpari, quos, putat, casto sermone graeco scriptos non esse, sed b. FABRICIVS in splendida Sexti Empirici editione Lipsi. 1718. fol. tres notauit locos, in quibus autor hic eadem voce vtatur eodem significatu, nimirum p. 216. „περὶ τούτων ἔχοντες κατήχησιν. Addit FABRICI„VS: haec vox significat doctrinam auditione „acceptam, vnde verbum κατηχεῖσθαι" quo vocabulo D. LVCAS vtitur in limine euangelii sui. vid. ibid. p. 285. 339. hinc κατηχεῖσθαι accipitur Act. XXI, 21. 24. pro delatione et accusatione non tabularia, sed orali. 2) vel *biblico*, eoque α) vel laxiori pro institutione quauis in mysteriis fidei, siue methodo catechetica fiat, siue, ducto continuo orationis filo, suscipiatur, Gal. VI, 6. Rom. II, 18. 1 Cor. XIV, 19. et huc referrem *Luc.* I, 4. exarauit enim suam de Iesu historiam, vt alii instituantur, etsi malint, alii vocem κατηχεῖσθαι significatu, quem vi notionis obtinet, hic accipere. β) vel strictiori, pro institutione rudiorum, in primis christianae religionis elementis, Act. XVIII. 25. hoc ex more scholae Platonicae illustrari potest, in qua κατήχησις ea dicebatur institutio, qua prima scientiae cuiusdam rudimenta dabantur quod ex Porphyrio comprobat b. WALTHER loc. cit. §. 1.

3) vel

3) vel *ecclesiastico*, quo semper denotat voce aliquem instituere ad prima religionis elementa. vid. SVICERI thesaurus eccl. Vol. II. p. 70. 71. recentiorem huius operis editionem habemus a IO. HENR. SVICERO, filio, octo plagis tantummodo adauctam.

§. 3.

Κατήχησις vocatur 1) in sacris literis διδάσκειν τὰ στοιχεῖα τῶν λογίων τοῦ *Synonymia.* Θεοῦ, Hebr. V, 12. conferuntur igitur pueris elementariis κατηχούμενοι, conf. SVICERVS l. l. T. II. p. 1037. γαλαποτίζειν 1 Cor. III, 2. quod omnes patres de catechisatione acceperunt. vid. SVICERVS l. l. T. I. p. 721. vid. Exod. XII, 26. XIII, 14. Deut. XI, 19. 2) in monumentis veterum ecclesiae *) doctorum α) γαλακτοτροφία. Constitut. apost. L. II. c. 33. Πόσῳ μᾶλλον περὶ τῶν πνευματικῶν γονέων ὑμῶν ὁ λόγος παραινέσει τιμᾶν ἑαυτοὺς, καὶ στέργειν ὡς εὐεργέτας ... τοὺς τῷ λόγῳ γαλακτοτροφήσαντας. vid. SVICERVS l. l. T. I. p. 722. WALTHERVS l. l. §. 2. β) μύησις, quam vocem SVIDAS in lexico exponit per μάθησιν, ἐπιστήμην, κατήχησιν. Significat proprie initiationem sacrorum. Habebant enim gentes sua sacra absondita, v. c. Romani sacra bonae deae, seu FAVNIAE, quae vino inebriata, occidebatur a FAVNO, qui contra tam-

*) Clemens Alexandr. in λόγῳ, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος τότε καὶ προσδεικνῦναι, καὶ μυσαγωγεῖν (χρὴ), ὅπως ἄν, καὶ δι' ὧν ἐργωνται καὶ διαθέσεων ἁπαίρονται τὰ τῆς ἐλπίδος.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/41 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tamdiu exagitabatur a furiis, donec facra bonae deae, feu bonae matris, celebranda inſtitueret, ad quae, cui accedere licebat, initiatus dicebatur. γ) μυιευτικὰ λόγια, oracula obſtetricantia, ſic DIONYSIVS AREOPAGITA, (ex Gal. IV, 19.) vid. SVICERVS l. c. T. II. p. 248.

§. 4.

De deriuatis et cognatis.

Vox κατηχήτις, ſiue κατηχιστής a me reperta eſt nuſpiam, ſed κατηχῶν paſſim in ſacris paginis occurrit, ut: Gal. VI, 6. CLEMENS ROMANVS ad Iacobum n. 13. οἱ κατηχοῦντες πρῶτον κατηχθέντες κατηχείτωσαν n. 14. καὶ παρεικάσθω ὁ μὲν κυβερνήτης χειρῶ, ὁ πρωρεὺς ἐπισκόπῳ, οἱ ναῦται πρεσβυτέροις, οἱ τοιχαρχοὶ διακόνοις, οἱ ναυσόλογοι τοῖς κατηχοῦσοι, τοῖς ἐπιβάταις τὸ τῶν ἀδελφῶν πλῆθος, τῷ βίῳ ὁ κόσμος. vid. COTELERII patres apoſtolici, edit. CLERICI Γ. II. p. 614. Ex quibus facile intelligas, in vereribus Chriſtianorum coetibus peculiarem catechetarum ordinem fuiſſe nullum, cum in iis nomen adeo fuerit inauditum, quod, praeter BINGHAMVM in orig. eccl. L. III. c. 10. memini, obſeruaſſe neminem. CYPRIANVS eſt. 24. catechetas vocat doctores audientes, HIERONYMVS de ſcriptor. eccl. c. 38. magiſtros catecheſeon ATHANASIVS or. 3. aduerſus Arrianos: σπείροντες λόγον ἐξ ἀρχῆς. Inde quicquid ducitur κατηχούμενος, de quibus ſupra egimus.

Cate-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/42 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Catechumenis manus imponebatur, quando fiebant catechumeni. SEVERVS dial. II. c. 5. Nec cunctatur MARTINVS, in medio vt erat campo, cunctos, impoſita vniverſis manu, catechumenos fecit. Graeci imponebant ante baptiſmum, etiam inter tempus initi catechumenatus, et tempus baptiſmi. Erat autem impoſitio manum vel quotidiana et crebra, vel certis quadrageſimae diebus. Eorum baptiſmus deſcribitur CONSTITVT. APOST. L. VII. c. 40. ita: Καὶ ὅταν ᾖ πρὸς ἑαυτὸ λοιπὸν τὸ βαπτισθῆναι ὁ κατηχηθεὶς, μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ διαβόλου, καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ χριστοῦ. δεῖ γὰρ ἑαυτὸν πρῶτον μὲν ἀποσχέσθαι τῶν ἐναντίων, καὶ τότε ἐντὸς γενέσθαι τῶν μυστηρίων, προκαθαράντα ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν πάσης κακοηθείας σιλοῦντε καὶ ῥυτίδος. καὶ τότε τῶν ἀγαθῶν μεταλάχειν, ὡς γὰρ γεωργὸς ἄριστος ἐκκαθάιρει τὴν ἄρουραν πρότερον τῶν ὑπὲρ φυουσῶν ἐν αὐτῇ ἀκανθῶν, καὶ τότε σπείρει τὸν πυρὸν. οὕτω δεῖ καὶ ὑμᾶς πρότερον πᾶσαν ἀσέβειαν ἐξελόντας ἀπ᾽ αὐτῶν, τότε τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ἐγκαταβάλλεσθαι, καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιῶσαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν οὕτος ἡμῖν παρήνεσεν, εἰπών· μαθητεύσατε πρότερον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τότε ἐπήγαγε τό. καὶ βαπτίσατε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνεμα τοῦ Πατρὸς, υἱοῦ, καὶ Ἁγίου Πνέυματος· ἀπαγγελλέτω οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν ἀποτάσσεσθαι. Sed baptizandorum ἀπαταγὴν diſces, licet, ex HIERONYMI comm. in Amos. c. 6. in myſteriis primum renunciamus ei, qui in occidente eſt, nobisque moritur cum peccatis, et ſic verſi ad orientem pactum inimus

mus cum sole iustitiae, et ei seruituros nos promittimus. CHRISOSTOMVS ad populum Antioch. hom. 2. ἀποτάσσομαι σοι σατανᾷ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ συντάσσομαί σοι Χριστῷ.

Κατηχουμενεῖον, quae vox obscuritate quadam premitur. In genere enim designat locum, in quo catecheses fuerunt habitae. Sed quoniam in loco fuerint habitae, prolixa controuersia est, quam exponit BINGHAMVS orig. eccl. L. III. c. 10. §. 4. Alii enim, duce SVICERO thesauro eccl. T. II. p. 75. intelligunt eum ecclesiae locum, in quo catechumeni constiterunt, alii peculiares catechumenorum scholas, templo contiguas, exstructas olim fuisse contendunt. Equidem has lites, iudico, facile componi posse, si dicatur, κατηχουμενεῖον notare, cum locum publicum, vbi catechumeni erudiebantur, nimirum partem aliquam templi, tum priuatum, nempe scholas illas peculiares.

CAPVT II.

DE NATVRA ET INDOLE METHODI CATECHETICAE SEV DE ΠΡΑΓΜΑΤΟΘΛΟΓΙΑ.

§. 1.

Definitio. Methodus catechisandi est donum Dei, quo minister ecclesiae instru-

ctus,

ctus, rudiores atque simpliciores praecipua religiones christianae capita, per quaestiones et responsiones, ad iuuentutis captum accommodatas, docere potest, in Dei gloriam et auditorum ad aeternam salutem informationem.

Moßheim in der geistlichen Sittenlehre T. I. p. 475. Die Catechisation ist ein vernünftiges und ordentliches Gespräch eines Lehrers und Schülers, in welchem der Lehrer die Person des Schülers annimmet, und durch vorsichtige und kluge Fragen theils den wahren Begriff, den sich dieser von solchen Dingen machet, die die Sinnen nicht rühren, zu erforschen, theils die Fehler dieses Begriffs zu verbessern trachten, damit der Jünger dem Meister ähnlich werde, und eben so wohl, wie er, ein reines und richtiges Bild der Wahrheit in seinem Verstande wahrnehmen möge. Prolixiores istas de methodologia controuersias Philosophorum nostras non facimus, hoc tantum ex BVDDEI institut. philos. P. III. c. 1. §. 2. seqq. monuisse iuuat, methodum aliam esse meditationis, seu inueniendi veritatem, aliam propositionis, seu communicandi veritatem cum aliis, siue hoc ore fiat, siue scripturis. Et ad hoc posterius methodi genus pertinet etiam methodus catechisandi.

§. 2.

Degenere.

Appellauimus methodum catecheticam donum Dei, quod genus longius petitum videri nonnullis posset, sed immerito. Nam

1. methodus catechisationis perinet ad dona ministri ecclesiae administrantia, a gratia Dei, non a naturae viribus, ducenda. Dari autem dona administrantia, probamus contra *HALENSES*, *qui naturae vindicant omnia.*

1) ex Ephes. IV, 11. coll. 7. vbi Paulus non solum constitutionem ordinis ecclesiastici, sed magis diuersitatem donorum administrantium, quam a diuerso gratiae μέτρῳ ducit, diuinae gratiae adscribit. Obiiciunt quidem dissentientes, methodum catechisationis acquiri donis naturalibus, nimirum oris linguaeque gratia, ingenii fertilitate et morum comitate. Sed hi fere sunt, qui minus intelligunt, dona naturalia non esse donis gratiae opposita, sed esse potius illa ipsa dona, quae per gratiam superuenientem purificantur, sanctificantur, et ad hunc illumue scopum ducuntur.

2) ex *euentu* et *effectu*, qualis enim est effectus, talis quoque debet esse causa. Iam vero effectus donorum administrantium est salutaris, informatio nimirum hominis ad salutem

ſalutem aeternam, hinc cauſa eorum alia eſſe nequit, quam gratia Dei, haec enim eſt, quae hominem ad ſalutem aeternam perducit.

II. Per nos licet, ſiue quis methodum catechiſandi rationem docendi nuncupet, ſiue artem, aut ſcientiam practicam, nobis placuit donis diuinis eam accenſere, vt

1) nonnullas vanas et contentioſas quaeſtiones effugiamus.

2) etiam eo ipſo nobis oſtendatur, hic omnia tribuenda eſſe Deo, et diuinae gratiae, illiusque donis partim naturalibus partim ſupernaturalibus.

§. 3.

Miniſtri eccleſiae in primis eſt, *De ſubiecto.* rudes et puerulos praecipua religionis chriſtianae capita docere, non tamen ſolius.

Ad religionem enim animos iuuentutis inſtituere debent

1) *praeceptores*, quam publici, tam priuati, ea de re vehementer dolendum eſt, huic muneri deſperatos plerumque et perditos homines admoueri, in qua re non minima malorum origo quaerenda eſt, praeſertim vbi ſacerdotes in viſendis ſcholis ſe negligentiores exhibent, cum tamen quauis hebdomade ſcholam inuiſere, praeceptoribuſque catechiſandi methodum iubeantur, in conſtitutione eccleſiarum Saxonicarum, praeire.

2) pa-

2) *parentes*, Exod. XII, 26. Pſ. LXXVIII, 32.

3) *patres familias.* Sic *AVGVSTINVS* in Pſ. L. *cariſſimi*, ait, *regite domos veſtras, filiolos veſtros, regite familias veſtras, quemadmodum ad nos pertinet, in eccleſia loqui vobis, ſic pertinet ad vos, in domibus veſtris regere, vt bonam rationem reddatis de his, qui vobis ſunt ſubditi.*

4) *miniſtri eccleſiae*, nam debent paſcere agnos, Ioh. XXI, 15. Gal. VI, 6. Sic in vltima coetus chriſtiani, memoria epiſcopi, presbyteri et diaconi catechetarum munus ſubibant, hodieque ſacerorum antiſtites idem, in publicis eccleſiarum luſtrationibus, capeſſunt, et quanti *illud fecerit* LVTHERVS, ex hoc facile poteſt intelligi, quod, cum, eccleſias 1533. luſtrans, Piſtrizii infandam in doctrina fidei ignorantiam reperiret, conſtitueret, vt ſacerdos DOWINENSIS quouis Mercurii die catechiſando rudem agreſtium turbam erudiret, ne autem omisſiorem ſe gerat, ad quartum eccleſiae Witebergenſis diaconum defert, vt ſingulis menſibus ſacerdoti DOWINENSI ſuperueniat, et num officium ſuum recte faciat, cognoſcat, tandem, continuato hoc ſtudio per aliquot annos iubet, PISTRIZIENSES Vitebergam venire, ibidemque ſuam, coram *D.* POMERANO, confeſſionem fidei, ex catechiſmo minori, edere,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn338763120/48 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

edere, quod nisi praestare possint, rationes de nouo ineundas esse censuit.

§. 4.

Requisita ministri ecclesiae, catechetae munus obeuntis, sunt partim * *generalia*, quorum vsus per omnes ministerii ecclesiastici partes late patet: vel ** *specialia*, quae partim ante catechisationem, partem in catechisatione, partim post catechisationem obseruanda sunt.

* I. Scientia rerum diuinarum distincta et clara, quae sine diuina gratia illuminante nunquam acquiritur. Scilicet non sufficit res diuinas nosse, sed etiam requiritur, vt

1) exacte teneat theologiam catecheticam.

2) vt sciat modum, ea, quae repetenda sunt, ex theologia acroamatica. ratione facillima exponendi et ad captum auditorum se demittendi.

In quo eo plus laboris est, cum sanctiorem disciplinam terminis plerumque inuolutam accipiamus, quam tamen, catechetae, vix satis perspicue tradere possumus. Quoties igitur cunque sententiam nostram alios docemus, ea α) *ponitur*, β) *illustratur*, γ) *probatur*. v. c.

Doctrina de sacrosancta triade, omnium fere difficillima, tria potissimum, comprehendit, α) *vnum esse Deum*, β) *tres perso-*

nas,

nas, γ) *personas a se invicem realiter esse distinctas*, vnam tamen diuinam essentiam constituentes, quae pueris hac fere ratione exponi catechetice possent:

